

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

182697-B

ALT-

182697-B

SCHEMATISMUS

VENERABILIS

C L E R I

DIOECESIS

NITRIENSIS

PRO ANNO

A CHRISTO NATO

M. D. CCC. XXXVI.

BISSEXTILI

DIERUM

CCCLXVI.

POSONII,
typis Haeredum Belnay.

SUB
GUBERNIO
EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI,
AC REVERENDISSIMI
DOMINI
JOSEPHAVURUM
MISERATIONE DIVINA,
ET
APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
EPISCOPI
NITRIENSIS,
SACRATISSIMAE CAESARAE, ET REGIO APOSTOLICAE MAJE-
STATIS ACTUALIS INTIMI STATUS CONSILIARII.

Patroni Dioecesis: SS. Andreas Zorardus, et Benedictus Erem. MM.

Patronus Cathedralis Ecclesiae: S. Emeramus Epp. et M.

I.

DE INITIIS ET FATIS EPISCOPATUS NITRIENSIS.

Episcopatus Nitriensis prima sua initia debet sub exitum Saeculi quarti Fritildi (Fritigil) Rosemundi Marcomanorum Regis Conjugi, quae, ut S. Paulinus in vita S. Ambrosii scribit: „cum a quodam Viro Christiano, qui ad illam forte de Italiae partibus advenerat, referente sibi, audiret famam viri (Ambrosii) Christo credidit, cujus illum Servum recognoverat, missisque muneribus placatos ab Ecclesia postulavit, ut ipsius scriptis, qualiter credere debeat, informaretur: ad quam ille Epistolam praeclaram fecit in modum Catechismi, in qua etiam admonet, ut svaderet viro suo, Romanis pacem servare. Quae cum advenisset Mediolanum, plurimum doluit, quod S. Sacerdotem, ad quem festinaverat, minime reperisset: jam enim de hac Luce migraverat.“ — Mediolano reversa, postquam virum suum, et magnam Populi partem, opera, et Praedicatione Discipulorum S. Ambrosii *Sunniae* et *Fretellae*, ad quos exstat S. Hieronymi scripta de quaest. bibl. Epistola Nro 115, ad Fidem Christi adduxisset, institutis Episcopatibus, hunc *Otomuczensem*, illum *Nitriensem* Episcopum constituit

Marcomanis per varia bella attritis, et demum cum Gothis in unam Gentem coalescentibus, Regionem ab iis derelictam occuparunt Sarmatae, et gentes Slavicae,

inter quas, vacuas ad Marum, seu Moravam flumen Sedes insidentes Moravani, seu Moravi sunt appellati, et Regio, antea Marcomania, Moraviae nomen accepit. Ab Avaribus, qui Longobardis in Italiam evocatis, Pannoniam occupaverant, saepe bello impetiti; illis per Carolum Francorum Regem, cui Magni nomen a rerum gestarum magnitudine inditum, victis, Moravi ultro se illi in fidem dederunt. Princeps hic, ut fuit Christianae Religionis propagandae studiosissimus, curam hanc Arnoni Juvaviensi (Salisburgensi) Episcopo commisit, impetrata eidem a Leone III. P. Metropolitana Dignitate, et Jurisdictione in Pannoniam, et Moraviam; quae Laureacensibus Episcopis olim concessa, Urbe Laureaco per Avars eversa, et Episcopali Sede Patavium translata, exspirasse censebatur. Arnone, in hac Gentium istarum Conversione, segnius agente, Uroldus Laureacensis, seu Pataviensis Episcopus opus Apostolicum eo successu adgressus fuit, ut Ducibus Moravorum, et Avarum, magnaue Populi parte ad fidem Christi adductis, quatuor Episcopatus, videlicet: Favianensem (Viennensem) Speculo-Juliensem (Dievinensem) *Nitraviensem* (Nitriensem) et Vetvariensem (Altenburgensem in moderna Austria) iis in locis resuscitaverit, ubi jam olim Romanorum, Gepidarumque aetate exstiterant; et ab Eugenio II. P. rursum Jura Dignitatis Metropolitanae Ecclesiae Laureacensi impetraverit: quod constat ex ejusdem Pontificis Epistola de an. 826 inscripta: „Rathfredo S. *Favianensis*, et Methodio S. *Speculo-Julienensis*; Alevino S. *Nitraviensis*; Anoni S. *Vetvariensis* Ecclesiarum Episcopis: simul etiam Tutundo, nec non Moymaro, Ducibus, et Optimatibus Plebis Hunniae, quae et Avaria dicitur, et Moraviae.“

E Principibus Moravis Bryno, seu Priviina, cujus juxta Aventinum „Urbes erant Nitravia, Pisonium, quae et Vratislburgium, et Bryna, quae adhuc ab eo nomen servat“ primus fuit Fidem Christi ample-

xus. Hic in Regione sua Nitriae aedificavit Ecclesiam, per Adalramum Juvaviensem Archi-Episcopum in honorem S. Emerami M. consecratam, quem ab eo tempore in hodiernum usque, Patronum colit.

Morte sublatis Episcopis Methodio, et Alevino, quos Urolfus in Moravia instituit, Pataviensis Archi-Episcopus Nitriam cum tota Moravia suae adjecit Dioecesi. Filiis Ludovici Pii inter se dissidentibus, Moravi Jugum Francorum, et Bojariorum excutere volentes, gravi bello impliciti fuere; quo tempore omnis in Moraviam aditus Episcopo, et Sacerdotibus Pataviensibus fuit interclusus. Ne igitur Religio Christiana intercidat, ejus temporis Moraviae Princeps Ratislaus (Raszicz) ad Michaelem Imperatorem Graecorum Constantinopolim Legationem misit, petituram Fidei Praecones, per quos Gens sua in Religione Christiana, quam a Germanis haustam non satis intelligeret, uberius institueretur. Advenere anno 863. duo Fratres origine Thessalonicenses, antea jam in Conversione Chazarorum versati, et Slavici sermonis gnari, videlicet: Methodius vitam monasticam in monte Olympi professus, et Constantinus Philosophus apud Ecclesiam Sophiae Bibliothecae Praefectus. Quatuor pene annis apud Moravos in praedicatione Evangelii laeto cum Successu versati, Principem, Primores, et Populum in fide jam olim suscepta partim obfirmarunt, partim eos, qui ab illa desciverant, ad Christum adduxerunt, observato Ritu Romano, usi in suis Institutionibus, lyturgicisque functionibus lingua Slavica, Genti propria; quod Bojarios, Germanosque adeo offendit, ut perlatis ad Nicolaum I. P. querelis, Methodius, et Constantinus per litteras ejusdem Pontificis Romam fuerint evocati. Illo interea ad Aeternitatem evocato, a Successore Hadriano II. P. cum honore, eo majore excepti, quod Corpus S. Clementis P. et M. Chersonesi levatum, secum attulerint; et postquam Orthodoxiam suam probassent, cum encomiis in Moraviam remissi. Sed Constantinus amore vitae monasticae du-

ctus, Romae monachum induit, accepto Kyrilli, seu Cyrilli nomine. Methodius vero ab ipso Pontifice in Pannoniensium, et Moravensium Archi-Episcopum ordinatus, Moraviam repetiit; ubi, cum in quibusvis Ecclesiis Lyturgiae celebrationem lingua Slavica induxisset, hocque exemplum tam illi Slavi, qui incolebant Regionem, quam Ludovicus Pius Privinnae, et ejus filio Kotzel, alias Hezil ad Sava fluvium donaverat, incolebant; quam et Carentani secuti fuissent; Episcopi Germaniae, et Bojariae magis irritati, virum sanctum calumniis onerarunt, quod novam, ab orthodoxa alienam spargeret Doctrinam: quo audito ipse magnae Moraviae Princeps Svatoplucus adeo fuit conturbatus, ut Methodii Fidem caeperit habere suspectam, et Joannem VIII. P. quid sibi agendum esset? consuluerit. Alterum igitur Romam vocatus, assumpto Vichino Alemano Presbytero, ad vacantem Episcopalem Cathedram Nitriensem designato, pluribusque aliis, per Svatoplucum ei adjunctis, eo profectus fuit, atque Concilio per Pontificem convocato ita se probavit, ut ejus Doctrinam per omnia Orthodoxam, et Doctrinae Ecclesiae Romanae conformem Pontifex declaraverit, simulque usum linguae Slavicae in celebratione S. Lyturgiae indulserit; Vichinum Ecclesiae Nitriensi Episcopum ordinaverit, ac in Moraviam remissos Svatoplucum per suas Litteras commendaverit.

Photius Constantinopolitanus Patriarcha, qui hoc tempore sedi suae fuit restitutus, Methodium ab Orientali Ritu descivisse tam moleste tulit, ut tam Illo, quam et Vichino excommunicatis, exauctoratisque Agathonem Bulgariae Metropolitanam, Moravorum Archi-Episcopum, et Gorasdam Graecum, Episcopum Nitriensem nominaverit; quorum tamen neuter a Principibus, et Populis Moraviae fuit receptus.

Svatoplucum post bellum cum Arnulpho Imp. infeliciter gestum, anno 894. e vivis excedente, et filiis ejus Moymaro, et Svatoplucum juniore de Regno certantibus, ad pacem inter eos revehendam Arnulphus in Moraviam

penetravit, cui mox adhaesit Vichinus Nitriensis Episcopus, Cancellarii munere, dein etiam Infula Patavien-
si ab Imperatore ornatus; verum Arnulpho decedente,
a Theotmaro (Dietmaro) Salisburgensi Archi-Episco-
po anno 899 Sede illa deturbatus.

Methodio ad aeternitatem translato, Moravi, per
Legatos ab Joanne IX. P. petierunt, ut Moraviae pro-
prios daret Antistites, ne cum Bavaris, qui hungaros,
cum quibus nefario Sacramento per Canem, et Lupum
faedus sanxissent, ad vastandam Italiam immiserunt,
Comunione Sacrorum jungi debeant. Pontifex misit suos
Legatos in Moraviam ad Ordinandos Episcopos, Joan-
nem Archi-Episcopum, Benedictum, et Danielem Epi-
scopos. Per hos, quatuor in Moravia Ordinatos fuisse
Episcopos, e querelis Bavariae Episcoporum ad eun-
dem Pontificem datis constat: Moguntino quoque Ar-
chi-Episcopo Hathone apud Pontificem intercedente, ne
Moravienses, et Pannonii erecto in gratiam Methodii
Archi-Episcopatu a Bavaris separentur. Inter hos, ad
Episcopalem Sedem Nitriensem, quae per transitum
Vichini Patavium legitime vacabat, fuisse Episcopum
Ordinatum, nullum potest esse dubium: illius tamen
nomen ad posteritatis memoriam transmissum non est.
Post haec

Hungari a morte Arnulphi Imp., occupata Panno-
nia; et Bulgaris, qui inter Tybiscum, et Granum flu-
mina conederant, depulsis, Moraviam quoque a Gra-
no usque Vagum, et inde usque flumen Moravam, in
suam redegerunt potestatem, veteribus Incolis, qui Ar-
pado fidelitatem jurarunt, de sedibus suis haud detur-
batis, sed suo Dominatui subjectis. Arpadi Duces Ni-
triam pertingentes captum Zuburium Moravorum Du-
cem in vicinum excelsum montem duci, suspendique
curarunt: „Propter hoc factum (scribit Anonymus Belae
„R. Notarius §. 37.) omnes homines illius Patriae ti-
„muerunt eos, et omnes Nobiles filios suos in Obsides
„eis dederunt, et omnes Nationes illius terrae se sub-

„jugaverunt usque fluvium **Vag**; acceptisque secum infidelibus reversi sunt ad **Ducem Arpad**, qui accepto **Juramento infidelium terras in diversis locis, praeditis infidelibus, de partibus Nitriae ductis, assignavit, ut ne aliquando infideliores facti, repatriando nocerent sibi fidelibus in confinio Nitriae habitantibus.**“ **Veteres itaque incolae Slavi, sub novis quoque Dominis Religioni suae fideles manserunt: et quamvis Anonymo illi Nitriensi Episcopo, per Legatos Joannis IX. P. ordinato, alius in ea Sede sub Dominatu Hungariae Ducum successisse non videatur: speciatim tamen cura Religionis Gerhardo Passaviensi Episcopo per Leonem VII. P. fuit commendata. Atque inde factum est, quod Nitriae penes Ecclesiam S. Emerami M. continuo fuerint Presbyteri, qui rem Sacram tam veteribus Incolis, quam et Captivis Christianis, quorum teste S. Pilgrino, major pars Populi fuit, administrabant. Illis, Pilgrinus sub Geyza Duce, in Hungariam evocatus, et a Benedicto VII. P. Potestate in Pannonia, et Moravia Presbyteros, et Episcopos Ordinandi instructus, Seniore, Praepositum dedit, qui Vicario Jure reliquias veteris Episcopatus Nitriensis gubernaret. Hinc S. Rex Stephanus quod Ipse in Sua Capitulo Nitriensi facta Donatione de anno 1006. narrat, dum ad Castrum suum Nitra venisset, reperit novem S. Romanae Ecclesiae Sacerdotes Presbyteros, qui se Capitulares Canonicos Ecclesiae S. Emerami M. nominabant, Laudes Divinas ad instar novem Chorum Angelorum assidue decantantes, quibus ipse Rex associatus, Diebus pluribus compsalabat.**

Num S. Stephanus Episcopatum Nitriensem de novo fundaverit, aut veterem instauraverit? multum disceptatur. Capitulum Nitriense, quod a tempore S. Stephani nunquam desiit, quasi per manus traditum pro certo tenet, Episcopatum Nitriensem a S. Rege fuisse instauratum, Besztrito, ejus temporis Praeposito, in Episcopum nominato; prius tamen S. Regem decessisse,

quam eundem **Episcopatum** dotare, et limites designare potuisset: quod est eo credibilis, quo minus credibile est, **S. Regem** propagandae **Religionis** studiosissimum, amplissimam **Regionem**, antea ad **Moraviam** pertinentem, a veteribus **Incolis** **Slavis** inessam, a **Morava** fluvio usque terram **Scepusiensem** absque **Episcopatu**, et **Episcopo** relinquere voluisse.

A morte **Episcopi Beszterti**; qui in **Seditione Vathaiana**, cum **Episcopo Csanadiensi Gerardo** gloriosus **Martyr** occubuit, **Episcopatus Nitriensis** absque **Dote** relictus, iterum in **Praepositorum Vicariam** administrationem recidit. Sub hac adhuc tempore **Colomani R.** constituebatur, dum ei **Dec. L. I. cap. 22.** **Judicium ferri**, et **aquae**, quod **Sedibus Episcopalibus** unice competebat, concessum fuit. Sed sub hoc ipso **Rege**, posterioribus **Regiminis Annis**, postquam per suos **Legatos** in **Concilio Gvastalensi** sub **Paschali II. P. Juri** Investiturae, et **Translationum** renuntiavisset, atque **Capitulorum Canonicae Electiones** introduci caepissent, videtur **Ecclesia Nitriensis**, **Vicario Jure** per **Praepositos** gubernata, absque nova **Erectione**, aut **Dotatione Episcopatus**, per **Capitularem Electionem** suos iterum **Episcopos** accepisse, primum eos, qui **Praepositi** fuerant; quive ob defectum congruae pro **Episcopo Dotationis**, utramque, **Episcopalem**, et **Praepositoralem** tenebant **Dignitatem**, donec lapsu temporis pro **Episcopatu Donationes** fuissent factae. Unde factum est, ut **Episcopali** velut eminentiore, praevalente, et **Vicariali** administratione **Praepositorum** cessante, ipsa etiam **Dignitas Praepositoralis** penes **Capitulum Nitriense** obsoleverit; per **Divam Mariam Theresiam Reginam** anno **1779.** reinducta.

II.
SERIES EPISCOPORUM
NITRIENSIUM,
E DIPLOMATIBUS, ALISQUE HISTORICIS DOCU-
MENTIS ERUTA.

	ab anno	ad annum
1. <i>S. Besztertus</i> aliis <i>Bisztritus</i> a <i>S. Rege Stephano</i> nominatus circa - - -	1034	—
A morte Illius, cum <i>S. Gerardo</i> trucidati, Episcopus nullus, sed Praepositura major cum Vicariatu usque Regem Colomanum. Post Legem Colomani Dec. L. 1. c. 22		
2. <i>Nicolaus I.</i> in Patriae Documentis, Litteris adjudicatoriis <i>Feliciani Archiepiscopi Strigon.</i> an. 1133. datis, primus Nitr. Episcoporum, qui hactenus detegi poterant, occurrit - -	1133	—
3. <i>Joannes I.</i> - - - - -	1156	—
4. <i>Everardus</i> , sive <i>Eduardus</i> - -	1168	1198
5. <i>Joannes II.</i> - - - - -	1204	1223
6. <i>Jacobus I.</i> Fundator Abbatiae <i>S. Benedicti de Rupibus</i> , seu <i>Szkalka</i> prope <i>Trenchinium</i> - - - - -	1223	1240
7. <i>Adamus I.</i> ad <i>Sajónem Fluvium</i> a <i>Tartaris</i> trucidatus - - - - -	1241	—
8. <i>Bartholomaeus</i> - - - - -	1242	—
9. <i>Adamus II.</i> - - - - -	1243	1252
10. <i>Nicolaus II.</i> - - - - -	1254	1255
11. <i>Vincentius</i> - - - - -	1255	1279
12. <i>Petrus I.</i> Frater <i>Com. Wyd</i> - -	1279	1280

	ab anno	ad annum
13. <i>Pascha</i> , seu <i>Paschasius</i> - - -	1281	1297
14. <i>Joannes III.</i> ob eximia merita per Carolus I. Regem, Supremi Comitum Nitriensis Dignitate, in perpetuum pe- nes Episcopos Successores mansura, ornatus - - - - -	1302	1328
15. <i>Messko</i> , seu <i>Michael</i> , ad Sedem Veszprimiensem translatus - - -	1328	1334
16. <i>F. Vitus de Castro ferreo</i> , seu <i>Vas- cary</i> , ex Ord. FF. minorum, antea ad Milkoviensem Episcopatum nomi- natus - - - - -	1335	1346
17. <i>Nicolaus III. de Monoszló</i> , Za- grabiam primum translatus, dein Colo- censis, et Strig. Archi-Episc. - -	1347	1349
18. <i>F. Stephanus I.</i> ex Ord. FF. Augu- stinianorum, S. Paginae Magister, ad Archi-Episcopatum Coloc. translatus	1349	1367
19. <i>Ladislaus I.</i> de Demjen. Veszpri- mium translatus - - - - -	1367	1372
20. <i>F. Dominicus</i> Poenitentiarius Papae	1373	1384
21. <i>Demetrius</i> electus, Veszprimium translatus - - - - -	1387	1388
22. <i>Gregorius I.</i> - - - - -	1388	1392
23. <i>Michael II.</i> - - - - -	1393	1399
24. <i>Petrus II.</i> - - - - -	1399	1403
25. <i>F. Hincó</i> , seu <i>Henricus</i> , Guberna- tor Abbatiae S. Hippolyti de Monte Zobor - - - - -	1404	1427
26. <i>Georgius I. de Berzencze</i> - -	1429	1437
27. <i>Dionysius de Széck</i> , translatus A- griam, dein Strigonium - - - -	1437	1438
28. <i>Nicolaus IV.</i> - - - - -	1440	1456

	ab anno	ad annum
29. <i>Albertus de Hangács</i> , Praepositus Agriensis Vice-Cancellarius Mathiae R. Veszprimum translatus - - -	1458	1459
30. <i>Elias</i> electus - - - - -	1460	—
31. <i>Thomas de Debrenthe</i> , Zagrabria translatus - - - - -	1464	1480
32. <i>F. Gregorius II.</i> Ord. S. Franc. -	1486	1492
33. <i>Antonius I.</i> ex Praeposito Poson.	1492	1500
34. <i>Nicolaus V. de Bachka</i> , ex Syrmieniensi ad Nitriensem, hinc ad Transylvaniensem translatus - - - - -	1501	1503
35. <i>Sigismundus C. Thurzó de Bethlehemfalva</i> , mox postulatus Transylv.	1504	1505
36. <i>Stephanus II. Podmaniczky</i> , evasit e Clade Mohátsiana, primum Joannem Zápolya, dein Ferdinandum I., Ejusque Augustam Conjugem Annam Albae-Regiae coronavit. - - -	1505	1528
Hoc tempore Valentinus Török Episcopatum Nitriensem invasit, et Bona ejusdem violente occupavit.		
37. <i>Franciscus I. C. Thurzó de Bethlehemfalva</i> , El. Episcopus, Camerae hung. Praefectus, relicto Episcopatu ad Vota saecularia transivit - - -	1534	1557
38. <i>Paulus Bornemisza</i> , primum Veszprimiensis, dein Transylv. Episcopus, inde exul, Gubernator Nitr. et Locumtenens Regius - - - - -	1557	1579
39. <i>Zacharias Mossóczy</i> , e Lectore Nitriensi factus primum Tinniniensis, inde Vaciensis, dein Nitr. Episcopus; Collector Decretorum Corp. Jur. hung.	1582	1587

	ab anno	ad annum
40. <i>Stephanus III. Fejérkövy</i> , primum Tinniniensis, inde Veszpr. dein Nitrien. Episcopus, Locumtenens Regius, nominatus Strig. Archi-Episcopus; Possessorium mors praevertit -	1587	1596
41. <i>Franciscus II. C. Forgách de Glymes</i> , omnimode Successor Stephani tam in Veszprim. quam Nitriensi, et Strig Sede; Capitulo Nitr. de anno 1602. Constitutiones, et Statuta dedit	1596	1607
42. <i>Stephanus IV. Szuhay</i> , primum Vaciensis, dein Agriensis, postea Archi-Episcop. Coloc. et Administrator Nitriensis - - - - -	1607	—
43. <i>Valentinus Lépass</i> , ex Tinniniensi primum Episc. Nitriensis Aulae Cancellarius, dein Archi-Episc. Colocensis, et Administrator Jaurin. - -	1608	1619
44. <i>Joannes IV. Telegdy</i> , primum Bosnensis, dein Varadinensis, inde Episc. Nitr. dein Archi-Episcopus Coloc. et Administ. Nitriensis. Conventus PP. Francis. Nitr. Fundator - - - -	1619	1644
45. <i>Stephanus V. Bosnyák de Magyarbél</i> , e Veszprim. translatus, simul Cancellar. Reg. - - - - -	1644	—
46. <i>Joannes V. Püsky</i> , e Csanádiensi translatus - - - - -	1644	1647
47. <i>Georgius II. Sczelepchényi</i> , Veszprimio translatus Nitriam, et retenta Administratione Strigoniensi Archi-Episcop. Colocensis, de Strigoniensis - -	1648	1666
48. <i>Leopoldus C. Kolonich</i> , primum Nitriensis, dein Neostadiensis in Austria,		

	ab anno	ad annum
postea Jaur., demum Archi-Episcop. Colocen. tandem Strigoniensis - -	1666	1669
49. <i>Thomas II. C. Pálffy ab Erdöd</i> , pri- mum Csanadiensis, inde Vaciensis, dein Agriensis, demum Nitriensis, si- mul Cancellar. Reg. - - - - -	1670	1679
50. <i>Joannes VI. Gubasóczy</i> , ex Quin- que-Ecclesiensi Vaciensis, dein Nitr. simul Cancellar. Reg. postea Archi- Episc. Coloc. - - - - -	1680	1786
51. <i>Petrus III. Korompay</i> , primum Vaciensis, dein Agriensis, postea Nitr. simul Cancellar. Reg. - - -	1686	1690
52. <i>Jacobus II. Hasskó</i> , e Praeposito B. M. V. de Vágh-Ujhely Episcopus Nitrien. dimisso Episcopatu iterum ad Praeposituram rediit. Fundator Con- ventus Beczkov. Ord. S. Francisci -	1690	1691
53. <i>Blasius Jáklin</i> , simul Cancellarius Reg. Fundator Camaldulensium in Monte Zobor - - - - -	1691	1696
54. <i>Ladislaus II. Matyasovszky</i> , simul Cancellarius Reg. Fundator Collegii, et Convictus Scholarum Piar. Nitri- ensis - - - - -	1696	1705
55. <i>Ladislaus III. Adamus C. Erdódy</i> , Aulae Regiae Cancellarius - - -	1706	1736
56. <i>Joannes VII. Ernestus C. ab Har- rach</i> , cum Romae nomine Imp. Ca- roli VI. Legatione fungeretur, nomi- natus Episcopus Nitriensis, sed ob grassantem Nitriae Pestem, Sedem suam nunquam adivit - - - - -	1737	1739

	ab anno	ad annum
57. Emericus C. Eszterházy , ex Praeposito Strigon. et consecrato Episcopo Doriensi nominatus Nitriensis - -	1740	1763
58. Joannes VII. Gusztinyi , ex Agriensi Canonico primum Coadjutor sui Antecessoris, illoque mortuo Successor factus est - - - - -	1764	1777
59. Antonius II. C. de Réva , primum Rosnaviensis Episcopus, inde Nitriam translatus - - - - -	1780	1783
60. Franciscus III. Fuchs , e Strigoniensi Canonico, Episcopus Nitriens. dein erecta Agriae Sede Metropolitana, primus Archi-Episcopus Agriensis, et Comitatum Hevess ac Szolnok Ext. Perpetuus Supremus Comes	1787	1804
61. Josephus I. Kluch , e Strigoniensi Canonico et Vicario, Episc. Nitr. -	1808	1826
62. Josephus II. Vurum , e Clero Nitriensi Canonico Agriensis, dein Elect. Episcopus Sardicensis, et Consilii R. L. H. Consiliarius; postea Episcopus Albaregalensis; inde Magno-Varadiensis, nunc Nitriensis - - - -	1827	

III.
 VENERABILE
 C A P I T U L U M
 CATHEDRALIS ECCLESIAE
 NITRIENSIS.

Quamvis prima Capituli initia prorsus incerta sint; tamen dubitari nequit, illud antiquissimum esse, et Saeculo nono jam exstitisse. Etsi post occupatam per Hungaros Moraviam, ultimo per Legatos Joannis IX. P. ordinato Episcopo, e vivis excedenti, nullus deinceps suffectus fuerit, perstitit nihilominus Nitriae Canonico-
 rum Collegium cum suo Praeposito usque tempora S. Regis Stephani, qui in suis Donationalibus de anno 1006 professus est, Nitriae novem Sacerdotes, qui se Canonicos dicebant, in Templo S. Emerami M. psallentes ab se fuisse repertos, seque cum his per plures Dies Divinas Laudes decantavisse. — De meliore Dote Capitulo tum per Divum hunc Regem, tum subseque per Geizam II. Reg. prospectum fuit. — Numerus novem Canonico-
 rum successive, incertum quo tempore, ad duodenarium adauctus, perseveravit in Capitulo ad an. 1602 quo Franciscus C. Forgách Episcopus Nitr. per suas Constitutiones, quas Capitulo dedit, suppressa duodecima Canonicali Praebenda, ejusdem redditus Cathedralis Ecclesiae necessitatibus addixit. Variabat deinceps Canonico-
 rum numerus; serius iterum ad novem Praebendas restrictus.

Tempore Regis Colomani Nitriae Praeposituram majorem fuisse, Decr. L. 1. C. 22. perhibetur. Haec postquam Praepositi in Episcopos fuissent electi, et Dignitatem Episcopalem aequae, ac Praepositoralem simul tenuissent, in Capitulo desiit. Et quamvis Geyza II. R. ad ordinandam in eodem Praeposituram, Terram suam Koruss Capitulo contulerit: Caruit nihilominus Praeposito Capitulum Nitriense ad an. 1779. quo Augusta Domina Maria Theresia Regina Apostolica, ex redditibus Domini Szkacsán, ab Episcopatu Nitr. cum assensu Pii VI. P. avulsi, eam iterum fundavit.

Tres ab antiquo Archi-Diaconatus, in quos Dioecesis Nitriensis dividebatur, utpote: *Cathedralem*, *Trenchiniensem*, et *Gradnensem* Capitulum in sui gremio complectebatur. Nunc quatuor numerat; postquam Josephus Kluch Episcopus Nitr. an. 1821. subdiviso amplissimo Archi-Diaconatu Trenchin., novum Archi-Diaconatum *Solnensem* cum Regio consensu erexit, et dotavit.

Gratia et Benignitate Aug. Imp. et Regis Francisci I. ab an. 1803. Capitulares Canonici Cruce pectorali octangulari, e ligula violacei coloris pendente; tamquam Insigni Capitulari, utuntur.

IV.

S E R I E S

PRAEPOSITORUM MAJORUM

A REINDUCTA IN CAPITULUM PRAEPOSITI MAJORIS DIGNITATE.

	ab anno	ad annum
1. <i>Joannes Ludov. L. B. Schwarczer</i> , El. Episcopus Bosonensis, simul Metr. Eccl. Strig. Canonicus - - - -	1780	1783
	2 *	

	ab anno	ad annum
2. <i>Joannes Comes Révay</i> , ad Episcopatum Scepusiensem promotus - -	1783	1787
3. <i>Daniel Hersching</i> , El. Episcopus Sardicensis - - - - -	1788	1802
4. <i>Antonius Gyattel</i> , Praepositus S. August. de Quinque-Eccles. - -	1803	1806
5. <i>Ladisláus Kamánházy</i> , El. Episcopus Noviensis, Tabulae Septemviralis Assessor, ad Episcopatum Vaciensem promotus - - - - -	1806	1808
6. <i>Josephus Nejedly</i> , El. Episcop. Dulmensis, Abbas B. M. V. de Iván -	1809	1816
7. <i>Josephus Belánszky</i> , Abbas B. M. V. de Báth-Monostra, ad Episcopatum Neosol. promotus - - - -	1820	1823
8. <i>Josephus Schedy</i> , El. Episcopus Pristinensis, Praepositus B. M. V. de Majk - - - - -	1824	1829
9. <i>Franciscus Xav. Hábel</i> , El. Episc. Dulmensis, Abbas B. M. V. de Monte Szöbegeny - - - - -	1832	—

V.

SERIES CANONICORUM,
QUI SAECULO XVIII.

ET LABENTE, CANONICATUS IN CAPITULO NITRIENSI TENUERUNT.

	ab anno	ad annum
Franciscus Csongrády - - - - -	1695	1706
Adamus Lehotzky - - - - -	1695	1706

	ab anno	ad annum
Joannes Veszelay - - - - -	1695	1709
Joannes Rácsay, El. Episcop. Pristin. Abbas Benedictionis Dei - - - -	1695	1728
Gabriel Spátay, El. Episc. Scopiensis, Consil. Reg. - - - - -	1698	1722
Adamus Gyóry, Abbas B. M. V. de Gágy - - - - -	1702	1738
Nicolaus Prileszky - - - - -	1702	1730
Adalbertus L. B. Révay, dein Praepos. Vágh-Ujhely. et Consil. - - - -	1709	1730
Joannes Simonovics - - - - -	1709	1721
Ladislau Szörényi, Abbas B. M. V. de Rajk, Episc. Syrmiensis - -	1709	1752
Casparus Bárdy - - - - -	1711	1719
Michael Szmuto - - - - -	1711	1727
Franciscus Hajnovics - - - - -	1711	1731
Stephanus Aug. Nozdroviczky, El. Episc. Catharensis, Praep. de Novo Monte Pestien., Tab. Septemviral. Assessor, et Consil. - - - - -	1719	1748
Ladislau Bokor, Abbas de Valle Segn.	1719	1746
Martinus Gyuracska, Abb. de Candelis	1720	1726
Antonius Bakics - - - - -	1721	1745
Adamus Bacskády - - - - -	1722	1734
Georgius Birovszky - - - - -	1728	1740
Paulus Tarnóczy, Praep. B. M. V. de Aischka - - - - -	1729	1753
Franciscus Náray - - - - -	1731	1743
Joannes Ladislaides, Praep. B. M. V. de Csöpöfeó - - - - -	1735	1757
Georgius Újlaky - - - - -	1738	1753
Michael Beznák, El. Episc. Pharensis, Praep. S. Nicol. de Landek - - -	1741	1774
Stephanus Szabó - - - - -	1741	1751

	ab anno	ad annum
Joannes Kmossko - - - - -	1746	1748
Michael Ribényi - - - - -	1746	1771
Ignatius Hozlpeck, Praep. S. Eustachii de Csúth - - - - -	1748	1758
Joannes Ant. Szajtler - - - - -	1748	1774
Joannes Terlanday, El. Episc. Roso- nensis, Praep. S. Aug. de Quinque- Ecclesiis - - - - -	1749	1770
Andreas Tóth - - - - -	1751	1762
Andreas Lehotzky - - - - -	1753	1772
Joannes Lukátsy, El. Episcop. Roson. Praep. de Been. - - - - -	1753	1780
Joannes Letovits - - - - -	1757	1760
Georgius Laczkovics - - - - -	1758	1759
Alexander Kosztolányi - - - - -	1759	1782
Michael Petrik, Praep. B. M. V. de Csö- pöfeő - - - - -	1760	1781
Joannes Babilovics - - - - -	1762	1796
Antonius Gyattel, Inter Praepositos ma- jores - - - - -	1770	1806
Thomas Ordódy, Praep. B. M. V. de Majk. - - - - -	1771	1784
Emericus Nehéz - - - - -	1772	1783
Adalbertus Prileszky, Abb. S. Spiritus de Báth-Monostora - - - - -	1774	1809
Alexander Lüleý - - - - -	1774	1814
Andreas Kudlik - - - - -	1780	1786
Jacobus Urumb, Abb. S. Gabrielis Arch- ang. de Gáborján - - - - -	1781	1799
Nicolaus Benkő, Praep. de Chuchnis -	1783	1801
Josephus Nejedly, int. Praep. maj. -	1783	1816
Joannes Theophilus Delpiny, Abb. de Monostor - - - - -	1784	1796

	ab anno	ad annum
Ladislaus Kamánházy, inter Praep. majores - - - - -	1790	1808
Antonius Schaffarovich, Praep. de Ders	1797	1803
Joannes Bresztyenszky, Praep. S. Joannis Bapt. de Zsámbék - - - -	1797	1806
Adalbertus Borcsiczky, Abb. B. M. V. de Bocconio, transl. ad Capit. Vaciens. - - - - -	1800	1820
Josephus Schedy, inter Praep. maj.	1802	1829
Joannes Nep. Roszinszky, Praep. S. Aug. de Insula Lazari - - - - -	1803	1821
Andreas Mészáros - - - - -	1804	1812
Joannes Pongrácz, Abbas de Casa Nova	1807	—
Franciscus Nejedly, Praep. S. Geor.	1808	1818
Georgius Krpelec - - - - -	1809	1825
Andreas Szmetanay - - - - -	1809	1810
Franciscus Hábel, inter Praepositos majores - - - - -	1811	—
Georgius Holli - - - - -	1814	1818
Carolus Sajtler, Praep. B. M. V. Eccl. novae ante Castrum Budense - -	1815	1822
Georgius Porubszky, Abb. S. Spirit. de Monostor - - - - -	1819	—
Stephanus Greguska, Abbas Benedictonis Dei - - - - -	1819	—
Emericus Sándor - - - - -	1822	—
Joannes Krobót, Abbas B. M. V. de Almád, Cons. Reg. - - - - -	1825	1833
Franciscus Fricsovsky, Abbas S. Gabr. Archang. de Mező-Telegd - - -	1826	—
Stephanus Janovszky - - - - -	1826	1828
Adalbertus Teml, Abbas B. M. V. de Batta - - - - -	1826	1835

	ab anno	ad annum
Andreas Mészáros, Abbas B. M. V. de Egres - - - - -	1832	—
Georgius Tvrdy, Abbas B. M. V. de Jászt - - - - -	1832	—
Joannes jun. Kelecsényi - - - -	1834	—

VI.

VENERABILIS

C A P I T U L I

CATHEDRALIS ECCLESIAE

NITRIENSIS

ACTUALIS PERSONALIS STATUS.

Cathedralis Ecclesia gemina est, inferior altera, altera superior. Illa, qua parte Sacristiam quoque majorem cum vetustis Canoniorum Stallis post Aram Passionis complectitur, antiqua, eademque esse censetur, quae sub Principe Privina structa, per Adalramum Juvaviensem Archi-Episcopum in Honorem S. EMERAMI Ep. et M. consecrata, subseque per Gyzelam Reginam ut in vetustis manuscriptis habetur, restaurata fuerat, in qua S. Rex Stephanus novem Sacerdotes qui se Canonicos dicebant, psallentes reperit. — Huic connexa est altera, quae superior ob altiorem situm dicitur, ad quam ex inferiore per late patentes marmoreos

gradus patet ascensus. Hanc anno 1630 Joannes Tegedy Archi-Episc. Colocensis, Administrator Nitriensis crexit, et per plures hostiles incursiones ruinatam C. Adamus Erdődy Episc. Nitr. anno 1730 ad eum, in quo nunc visitur splendorem eduxit. Altaria inferior numero quinque; superior Altare summum, et duo minora complectitur. — In superiore Ecclesia sunt Canonicalia Stalla; haec de praesenti tenent:

Praepositus Major.

Illustrissimus, ac Reverendissimus D. FRANCISCUS XAV. HABEL, El. Episcopus Dulmensis, Abbas B. M. V. de Monte Szöbégény, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Praepositus Major, et Canonicus, Excellentissimi, Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Episcopi in Spiritualibus Vicarius, et Causarum Auditor Generalis.

L e c t o r.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. PONGRÁCZ de Szent-Miklós, et Óvár, Abbas de Casa Nova, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Lector, et Canonicus, AA. LL. et Philosophiae Doctor.

C a n t o r.

Reverendissimus D. GEORGIUS PORUBSZKY, Abbas S. Spiritus de Monostor, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Cantor, et Canonicus; Synodalis Examinator; Lycei Episcopalis Nitriensis Pro-Director, SS. Theologiae Doctor; Facultatis Theologicae in Regia Scientiarum Universitate Pestiensis Membrum Collegiatum.

C u s t o s .

Reverendissimus **D. STEPHANUS GREGUSKA**, Abbas Benedictionis Dei, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Custos, et Canonicus.

Archi-Diaconus Cathedralis.

Reverendissimus **D. EMERICUS SÁNDOR** de Szlávnicza, Cathedr. Eccl. Nitriensis Canonicus Poenitentiaris, et Archi-Diaconus Cathedralis.

Archi-Diaconus Trenchiniensis.

Reverendissim. **D. FRANCISCUS FRICSOV-SZKY**, Abbas S. Gabrielis Archang. de Mező-Telegd, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Canonicus, et Archi-Diaconus Trenchiniensis, Synodalis Examinator, AA. LL. et Philosophiae Doctor.

Archi-Diaconus Solnensis.

Reverendissimus **D. ANDREAS MÉSZÁROS**, Abbas B. M. V. de Egres, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Canonicus Theologus, et Archi-Diaconus Solnensis, in Lyceo Episcopali Theologiae Morum, Pastoralis, Eloquentiae Sacrae, Catecheticae, et Sublimioris Paedagogiae Professor, Synodalis Examinator, SS. Theologiae Doctor, Facultatis Theologiae in Regia Scientiar. Universitate Pestiensi Membrum Collegiatum.

*Archi-Diaconus Gradnensis.**V a c a t .**Magister Canonicus senior.*

Reverendissimus **D. GEORGIUS TVRDY**, Abbas B. M. V. de Jászt, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Canonicus.

Magister Canonicus junior.

Reverendissimus D. JOANNES jun. KELECSÉNYI, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis, et Excellentissimi Domini Episcopi a Latere Canonicus, Instituti emeritorum Parochorum, et deficientium Sacerdotum, prout etiam Episcopalis Seminarii ad S. Ladislaum R. H. Rector.

Canonici Honorarii.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. KMETYSKO, Cathedr. Eccl. Nitr. Canonicus Honorarius, Eccl. Oppidi Kiszucza-Újhely Parochus, et Districtus ejusdem Nominis Ordinar. Vice-Archi-Diaconus, I. Com. Scepusiensis Tab. Jud. Assessor.

Reverendissimus D. EMERICUS SÓRETZ, Cathedr. Eccl. Nitr. Canonicus Honorarius, Episcopalis Civitatis Inferioris Nitria Parochus, et Districtus ejusdem Nominis Ord. Vice-Archi-Diaconus, II. CC. Nitr. et Barsiensis Tab. Jud. Assessor, Scholarum Nationalium Localis Director, et Districtualis Inspector.

Reverendissimus D. CAROLUS KEREKES, Cathedralis Eccl. Nitriensis Canonicus Honorarius, Parochus Teplensis, Ord. Vice-Archi-Diaconus Trenchiniensis Cis-Vaganus, Synodalis Examinator, per I. Comit. Trenchiniensem Deputatus Dioecesanus Generalis, S. Sedis Consistorialis, et I. Com. Trenchiniensis Tab. Jud. Assessor, nec non Scholarum Nationalium Districtualis Inspector, et Commissarius Episcopalis.

Reverendissimus D. JOANNES BAPT. BIFLEK, Cathedr. Eccl. Nitriensis Canonicus Honorarius, Privilegiatae Civitatis Solna Parochus, Districtus Csattzensis emeritus Vice-Archi-Diaconus, Scholarum Nationalium Director Localis et Commissarius Episcopa-

lis; S. Sedis Consistorialis, et **II. Comitatum Tren-**
chin. Lyptov. ac Scepusiensis Tab. Jud. Assessor.

Vacat.

Vacat.

VII.

N O M I N A

ABBATUM, ET ABBATIARUM

INTRA GREMIUM

DIOECESIS NITRIENSIS

EXISTENTIUM.

A B B A T I A.

S. Hippolyti de Monte Zobor.

Zobor mons est in Comitatu Nitriensi, Arci ejusdem nominis eleganti, et celso positu ab ortu Solis objectus, atque e longinquo conspicuus. Nomen habet a Zoborio Belliduce Zvendibaldi (Svatopluci), qui contra Zuardum, Cadusam, et Hubam Duces Arpadi Nitriam tuitus, a Cadusa captus, in sublimi hoc monte suspensus, monti huic nomen dedit. — In hoc monte, in quo jam prius Eremitae degebant, Monasterium fundatum fuisse per S. Stephanum Regem, quam certum, tam incertum est, quo anno Regiminis sui fundaverit. — Primus Abbat is munere Ordinis S. Benedicti prae fuit in hoc Monasterio Philippus, sub cujus regimine il-

lustrem montem hunc reddiderunt **SS. Andreas Zoë-
rardus, et Benedictus.** — Duravit Abbatia usque tem-
pora **Mathiae Corvini R.** qui Bona ejusdem Episcopa-
tui Nitriensi addixit. Sub finem Saeculi **17. Blasius
Jáklin** Episcopus Nitr. ad locum antiquae Abbatiae in-
duxit **Camaldulenses**, sub **Regimine Imperatoris Jo-
sephi II. an. 1782.** abolitos.

A b b a s.

**Reverendissimus, ac Magnificus D. JOANNES
NEP. DERCSIK, Abbas S. Hippolyti de Monte Zo-
bor, M. E. Strigoniensis Canonicus, et Archi-Diaco-
nus Sasvariensis, S. C. et R. A. M. Consiliarius, in
Regia Scientiarum Universitate Pestiensi Studii Theo-
logici Director, et Facultatis Theologicae Praeses,
Generalis Seminarii Pestiensis Rector, ad Excels. Con-
siliium R. L. H. Librorum Ecclesiasticorum Censor, et
Revisor Regius, SS. Theologiae Doctor.**

Abbatia B. M. V. de Kolos.

**Ord. S. Benedicti, cujus memoria exstat in Ar-
chivo S. Martini de S. Monte Pannoniae. Eam e primis
Ord. S. Benedicti fuisse pluribus constat argumentis.
Quis fuerit ejus fundator, incertum. Saeculo 14. adhuc
floruit. Sortem postea parem cum multis aliis subiit post
Cladem Mohatsianam. Monasterium, ad quod Podma-
niczkii spolia recondiderunt, Art. 25. 1547. et 47.
1548. dirui praecipiebatur. Bona immobilia Maximilia-
nus II. Sanctimonialibus Ord. S. Dominici ex Insula
S. Margarethae Tyrnaviam confugientibus contulit, quae
dum anno 1614. Monasterium suum Tyrnaviae PP. Je-
suitis cedere debuissent, Posonium ad Moniales Divae
Clarae commigrantes, sensimque emortuae, his Pos-
sessorium Bonorum reliquerunt. Clarissarum Claustro
abolito sub **Regimine Imp. Josephi II.**, Bona ad Fun-
dum Religionis reciderunt.**

A b b a s.

Reverendissimus D. MARTINUS MISKOLCZY,
Abbas B. M. V. de Kolos, Ecclesiae Metropolitanae
Strigoniensis Canonicus, Praepositus S. Stephani de
Castro Strigoniensi.

Abbatia S. Benedicti de Szkalka, seu de Rupibus.

Ordinis S. Benedicti; fundata a Jacobo Nitriensi
Episcopo anno 1224 in Comitatu Trenchiniensi ad Flu-
viu Vagum. Foundationem hujus Abbatiae post annos
14 liberalitate sua Regia adauxit Bela IV. Rex, dato
Diplomate anno 1238. Inter varia fata perstitit usque
cladem Mohácsianam. Et quamvis Stephanus Podma-
niczky Episcopus Nitriensis anno 1528. a Ferdinando
I. Rege Jus Patronatus conferendi hanc Abbatiam im-
petraverit: impedire tamen non potuit, ne Bona illius
jam per Zapolyanos, jam per Caesareos occupentur,
applicita demum in Stipendium militis ad Castrum Tren-
chiniense, per Franciscum Turzo revindicata; quae tar-
dus anno 1644 per Joannem Püsky Episcopum Ni-
triensem, qua ejusdem Abbatiae Patronum, et Collato-
rem, accedente consensu Ferdinandi III. R. PP. So-
cietatis Jesu Collegii Trenchiniensis collata; his aboli-
tis ab Fundum Studiorum recidit.

V a c a t.

VIII.
A L T A R I A E
 IN
CATHEDRALI ECCLESIA NITRIENSI
FUNDATAE.

*Altariae antiquae, Capitulo ingremiatae, de quarum
 Fundatoribus nihil certi constat:*

- S. Thomae Apostoli.
- S. Helenae.
- S. Ladislai Reg.
- S. Francisci Seraph.
- S. Antonii de Padua.
- S. Annae.
- S. Barbarae, et OO. Sanctorum.

Altariae Episcopalis Collationis:

1. *S. Nicolai*: fundata anno 1511. per Nobilem Georgium Keez Filium Mathiae Lánghy de eadem Keez.

Rector. Illustrissimus, ac Reverendissimus D.
FRANCISCUS XAV. HÁBEL, pag. 25.

2. *S. Crucis*: ab antiquo Custodis Cathedralis Ecclesiae Officio adnexa.

Rector. Rever. D. **STEPHANUS GREGUSKA**,
 pag. 26.

3. *S. Francisci Xav.* unita cum *Altaria S. Joannis Nep.*
Prior fundata est anno 1802. per Franc. Xav.
Fuchs Episc. Nitr. cui alteram per se funda-
tam addidit, uniri que petiit anno 1803 Jo-
sephus Schedy Canon. Nitr. subin Praepositus
Major. — Utraque junctim confertur.

Rector. Rev. D. GEORGIUS TVRDY, pag. 26.

4. *S. Josephi*: anno 1803 per Josephum Nejedly Cu-
stodem et Canonicum Nitriensem fundata.

Rector. Rev. D. FRANCISCUS FRICSOV-
SZKY. pag. 26.

5. *S. Georgii*: anno 1818 per Georgium Holli Cano-
nicum Nitr. fundata.

Rector. Rev. D. GEORGIUS PORUBSZKY,
pag. 25.

6. *SS. Josephi, et Joannis Nep.* fundata anno 1821
per Josephum Kluch Episcopum Nitriensem.

Rector. Rev. D. STEPHANUS GREGUSKA,
pag. 26.

7. *S. Margarethae*: Fundator ignoratur.

Rector. Rev. D. JOANNES jun. KELECSÉ-
NYI, pag. 27.

8. *S. Michaëlis Archangeli*: anno 1832 per modernum
D. Episcopum fundata.

Rector. Reverend. D. EMERICUS SÁNDOR,
pag. 26.

IX.
AULA ECCLESIASTICA
SUAE EXCELLENTIAE
EPISCOPALIS.

Canonicus a Latere.

Reverend. D. JOANNES jun. KELECSÉNYI,
 pag. 27.

Cancellariae Director et Notarius.

D. Stephanus Szúllyovszky de Eadem, et Ka-
 rom, I. Com. Trenchin. Tab. Jud. Assessor.

Caeremoniarius, et Notarius.

D. Ludovicus Comes Nyáry de Bedegh, I. Com.
 Trenchin. Tab. Jud. Assessor.

Secretarius.

D. Joannes Krajcsik, Juris universi Doctor,
 una delegati Fori Primatealis Notarius.

X.
SACRA SEDES
CONSISTORIALIS.

Praeses.

EXCELLENTISSIMUS, ILLUSTRISSIMUS,
AC REVERENDISSIMUS D. EPISCOPUS.

Causarum Auditor.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. FRANCISCUS XAV. HÁBEL, El. Episc. Dulmensis. pag. 25.

A s s e s s o r e s.

Reverendissimi Domini Canonici actuales, et honorarii.

I t e m :

A. R. D. ELIAS PRAVOTICZKY, Parochus Nagy-Béliczensis, Vice-Archi-Diaconus Szkacsanensis, I. Com. Nitriensis Tab. Jud. Assessor, et per Vice-Archi-Diaconalem Districtum Scholarum Inspector.

A. R. D. JOANNES HÁAN, Parochus Visnyoviensis, Vice-Archi-Diaconus Solnensis, et Synodalis Examinator, AA. LL. et Philosophiae Doctor, Vice-Archi-Diaconalis Districtus Solnensis Scholarum Inspector.

A. R. D. THOMAS POCSAROVSKY, Parochus Kiss-Jeszeniczensis, Ordinarius Vice-Archi-Diaconus Vág-Beszterczensis, et Vice-Archi-Diaconalis Districtus Vág-Beszterczensis Scholarum Inspector.

Reverendis. D. JOANNES CSERNOHORSZKY, Abbas B. M. V. de Biers, Parochus Ribénensis, Districtus Veszteniczensis emeritus V. Archi-Diaconus, I. Com. Trenchin. Tab. Jud. Assessor.

A. R. ac Cl. D. DANIEL SZÁRNYAI, AA. LL. et Philosophiae Doctor, SS. Theologiae Baccalaureus, in Lyceo Episc. Nitr. Physicae, Oeconomiae Ruralis, Matheseos, et Doctrinae Religionis Professor; Caesareo-Regiae Moravico-Silesiticae Agrariae, Meteorologicae, Chemicæ, Technologicae, et Physico-Nationalis Societatis Actuale e Primariis Membrum

Córrispondens; II. Sedium Praedialium de Verebély, et Szent-György Tab. Jud. Assessor.

A. R. D. JOANNES NEMÁK, Episc. Seminarii Nitr. ad S. Ladislaum R. H. Vice-Rector, II. CC. Nitr. Trenchin. et Bars. Tab. Jud. Assessor.

A. R. ac Cl. D. JOSEPHUS CHLIVÉNYI de Eadem, AA. LL. et Philosophiae, ac SS. Theologiae Doctor, in Lyceo Episcopali Nitr. LL. OO. Hermeneut. utriusque Testamenti, Archaeologiae item Biblicae, et LL. SS. Apologiae, prout et Paradigmatis Interpretationis eorundem practicae Professor, ad S. Sedem Consistorialem Nitr. Matrim. et Relig. Profess. Defensor, I. Com. Trenchin. Tab. Jud. Assessor.

Matrim. et Relig. Profess. Defensor.

A. R. ac Cl. D. JOSEPHUS CHLIVÉNYI.

Jurati S. Sedis Notarii.

D. Stephanus Szúlyovszky, pag. 33.

D. Ludovicus Comes Nyáry, pag. 33.

Fiscalis Consistorialis.

D. Joannes Krajcsik, pag. 33.

Medicus Consistorialis.

D. Joannes Nep. Biatzovszky, saluberrimae Medicinae Doctor, et I. Comit. Nitriensis primarius Physicus.

Chirurgus Consistorialis.

D. Nicolaus Pachner, Chirurgiae Magister, et Emeritus Legionariae Militiae superior Chirurgus, ac Medicus.

Fiscales Dioecesani.

In I. Com. Nitriensi.

S. D. Sigismundus Rudnyánszky de Dezser, per I. Regnum Hungariae Fori utriusque Juratus Causarum Advocatus, Ven. Capituli Nitriensis, et Dioecesanus Piarum Foundationum penes I. Com. Nitriensem Fiscalis, I. Com. Barsiensis Tab. Jud. Assessor.

In I. Com. Trenchiniensi.

S. D. Christophorus Majerszky de Megyer, per I. Regnum Hungariae Fori utriusque Juratus Causarum Advocatus, Exc. Episcopatus Nitriensis Dominialis, et Dioecesanus penes I. Com. Trenchiniensem Fiscalis, ac ejusdem I. Com. Tab. Jud. Assessor.

P. D. Ladislaus Szádeczky de Eadem, per I. Regnum Hungariae Fori utriusque Juratus Causarum Advocatus, et penes I. Com. Trenchiniensem secundarius Dioecesanus Fiscalis.

XI.

LYCEUM EPISCOPALE NITRIENSE.

Nitriense Episcopale Studium, seu Lyceum sua debet Initia Joanni Gusztinyi Episcopo Nitriensi,

qui anno 1776. juniori Clero theologica Studia per Professores e Clero suo Dioecesano delectos tradenda disposuit. — Anno dein 1780. Comes Antonius Révay Episcopus Nitriensis biennemalem cursum Studiorum philosophicorum addidit.

Pro-Director.

Rev. D. GEORGIUS PORUBSZKY, pag. 25.

Professores Theologiae.

Rev. D. ANDREAS MÉSZÁROS, pag. 26.

A. R. ac Cl. D. JOSEPHUS CHLIVÉNYI de eadem, pag. 34.

Cl. D. Aloysius Palmer, Chronologiae, Geographiae Sacrae, et Historiae Ecclesiasticae, una Juris Canonici Professor, SS. Theologiae Doctor.

Cl. D. Joannes Frimmel, Theologiae Dogmaticae, et Polemicae Professor.

Professores Philosophiae.

A. R. ac Cl. D. DANIEL SZÁRNYAI, pag. 34.

Cl. D. Joannes Vittek, Linguae, ac Litteraturae Hung. Professor, et Cleri junioris Spiritualis.

Cl. D. Ignatius Ucsnay, Logicae, Metaphysicae, Philosophiae Morum, Historiarum et Doctrinae Religionis Professor.

XII.
CHORUS ECCLESIASTICUS
CATHEDRALIS ECCLESIAE NITRIENSIS.

Succentor. D. Josephus Rusznyák.

Praebendati. (D. Joannes Miskolczy.
 (D. Josephus Zatkóczy.

XIII.
S E R I E S
ARCHI-DIACONATUUM,
DISTRICTUUM VICE-ARCHI-DIACONALIUUM, PARO-
CHIARUM, ET COOPERATURARUM,
I T E M :
N O M I N A
ARCHI-DIACONORUM, VICE-ARCHI-DIACONORUM,
PAROCHORUM, ET COOPERATORUM.
I N D I O E C E S I
N I T R I E N S I
E X I S T E N T I U M.

Nitriensis Dioecesis, prout nunc est, complectitur ambitu suo aliquam partem Comitatus Nitriensis,

item totum Comitatum Trenchiniensem, et aliquot Loca Comitatus Barsiensis. Subdividitur in quatuor Archidiaconatus, utpote: *Cathedralem*, *Trenchiniensem*, *Solnensem*, et *Gradnensem*.

A.
 ARCHI-DIACONATUS
 CATHEDRALIS
 IN
 COMITATU
 NITRIENSI.

Archi-Diaconus.

Rev. D. EMERICUS SÁNDOR de Szlávnicza, pag. 26.

I.
 DISTRICTUS NITRIENSIS.

Vice-Archi-Diaconus Ord.

Rev. D. EMERICUS SÖRETZ, pag. 27.

Vice-Archi-Diaconus Surrog.

A. R. D. JOSEPHUS KLEKNER, Parochus Berencsensis.

PAROCHIAE.

Nota. ☉ Oratorium Augustanae Confessionis.

☐ Synagogam Judaeorum.

* Cooperaturam non systematicam designat.

BERENCs. Oppidum, Parochia antiqua, erecta Anno 1704.

Ecclesia ad B. M. V. Elisabeth. visit.

Patronus. Ven. Capitulum Nitr.

Parochus. Idem qui Surrog. V. A. Diacon.

<i>In Matre:</i>	<i>Cath.</i>	<i>AC.</i>	<i>Jud.</i>
	579	—	—

Fiali:

Nagy-Falu	350	—	—
------------------	-----	---	---

Lingua: Hung.	<i>Summa:</i>	929	—	—
----------------------	---------------	-----	---	---

Dist. a Matr.
Hor.

$\frac{1}{2}$

CSÁPOR. Parochia nov. erecta Anno 1787.

Ecclesia ad S. Michaellem Archang.

Patronus. Exc. D. Episc. Nitriensis.

Parochus. D. Georgius Ribárik.

<i>In Matre:</i>	<i>Cath.</i>	<i>AC.</i>	<i>Jud.</i>
	563	—	5

Fialibus:

Czabay, *Ecclesia ad SSS. Trinitatem. Ibidem Capella B.*

<i>M. V. ☐</i>	1032	<u>2</u>	105
----------------	------	----------	-----

Nagy-Hát, et Pörös Allod.	51	—	—
----------------------------------	----	---	---

Lingua: Slav.	<i>Summa:</i>	1646	2	110
----------------------	---------------	------	---	-----

Cont.
1

DARÁZS. Parochia nov. erecta Anno 1787.

Ecclesia ad S. Franciscum Xav. Ibidem in Monte pervetusta Ecclesia S. Michaelis Archang.

Patronus. Excell. D. Episc. Nitr.

Parochus. D. Franciscus Rácz.

<i>In Matre:</i>	<i>Cath.</i>	<i>AC.</i>	<i>Jud.</i>
	712	—	5

Fiali:

Zobor, Eremo olim Camaldulensium	11	—	—
---	----	---	---

Lingua: Slav.	<i>Summa:</i>	723	—	5
----------------------	---------------	-----	---	---

$\frac{3}{4}$

GERENCSĒR. Parochia nov. erecta An. 1788.*Ecclesia* ad S. Georgium.

Patronus. Ven. Metrop. Capit. Strig.

Parochus. D. Josephus Spányik.

In Matre:	Cath.	AC.	Jud.
	56†	—	6

Filialibus:

Alsó-Malantha, Capella ad B.

M. V. Dolor.	49	—	—
--------------	----	---	---

Felső-Malantha	35	—	2
----------------	----	---	---

Lingua: Hung.	Summa:	645	—	8
---------------	--------	-----	---	---

IVÁNKA. Parochia ant. erecta Anno 1738.*Ecclesia* ad S. Martinum Episcopum.*Liberæ Collationis.*Parochus. D. Joannes Szurovy, Infir-
marius Districtualis.

In Matre:	Cath.	AC.	Jud.
	912	3	52

Filialibus:

Gergely-Falu	115	—	4
--------------	-----	---	---

Lüky, Ecclesia in hon. S. Be- nedicti Abb.	197	—	6
---	-----	---	---

Lingua: Slav.	Summa:	1224	3	62
---------------	--------	------	---	----

KOLON. Parochia ant. erecta Anno 1737.*Ecclesia* ad S. Stephanum R. H.*Liberæ Collationis.*Parochus. D. Antonius Zamaróczy de
Eadem, I. Com. Trench. Tab. J. Ass.

In Matre:	Cath.	AC.	Jud.
	730	—	20

Filialibus:

Csitár, Eccl. in hon. S. Emerici	328	—	6
----------------------------------	-----	---	---

Geth-Falu	37	—	—
-----------	----	---	---

Lingua: Hung.	Summa;	1095	—	26
---------------	--------	------	---	----

KÖRÖSKÉNY (Alsó). Parochia nova, ere-
cta Anno 1788.*Ecclesia* ad S. Andream Ap.Dist. a Matr.
Hor. $\frac{3}{4}$
 $\frac{1}{4}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{3}{4}$
 $1 \frac{1}{4}$

Patronus. Exc. Consilium R. L. H.

Parochus. D. Michael Szloboda, II.
Sedium Praed. de Verebely, et Sz.
György Tab. Jud. Assessor.

In Matre: Cath. AC. Jud.
775 — 41

Filialibus:

Felső-Köröskény, Ecclesia Nat.
B. M. V. 243 — 20
Mogyorós, cum Bételek 50 — —

Lingua: Slav. Summa: 1068 — 61

MOCSONOK. Opp. Par. ant. erecta An. 1673.

Ecclesia ad S. Clementem P. et M. *Ibidem:*
Capella S. Crucis, et in Promontorio
alia S. Urbani P. M.

Patronus. Exc. D. Episc. Nitr.

Parochus. D. Franciscus Hubáček.

In Matre: Cath. AC. Jud.
1679 1 16

Filialibus:

Királyi 750 — 4
Praed. { Garázda 21 — —
Lapos 9 — —
Szék 16 — —
Vámhid Divers. 6 — —

Summa: 2481 1 20

Lingua: Hung. Slav. et Germ.

NITRIA. Civit. Inf. Paroch. antiquis, de Anno erect. non constat.

Ecclesia. Parochialis, simul Collegii PP. Piaristarum, ad S. Ladislaum R. H.
Ibidem: Capella S. Michaelis Arch. et in Xenodochio Episc. alia S. Josephi. Demum in Monte Kövesd ad Nitriam Eccl. B. M. V.

Patronus. Exc. D. Episc. Nitr.

Parochus. Idem, qui Ord. Vice-Archidiaconus.

In Matre: Cath. AC. GR. Jud.
2863 3 1 73

Dist. a Matr.
Hor.

$\frac{1}{4}$
 $\frac{3}{4}$

$\frac{1}{4}$
 $\frac{1}{2}$
 $\frac{1}{2}$
 $\frac{1}{2}$
 $\frac{3}{4}$

<i>Filialibus:</i>	<i>Cath. AC. GR. Jud.</i>		
Pár-Ucza, Eccl. ad S. Stephanum R. H. <i>Ibidem</i> in Nosocomio Sacellum ad Crucifixum Salvatorem; et in <i>Promontorio</i> Capella S. Urbani □	826	1	—1445
Kajsza	189	—	— 12
Könyök, Eccl. ad OO. SS.	176	—	— 7
Molnos	342	—	— —
Tekenyós Praed.	17	—	— —
Allodiis Sylvarum Nitrien. et Pár-Uczens.	57	—	— —
<i>Summa:</i>	4470	4	1 1537

Lingua: *Hung. Germ. et Slav.*

NITRIA. Civit. Sup. Parochia nova, erecta Anno 1787.

Ecclesia Parochialis, simul Convent. PP. Ord. S. Franc. ad SS. AA. Petrum et Paulum. *Ibidem:* in Domo Comitatus Sacellum ad Natum Salvatorem; et in *Promontorio Zobor* Capella S. Urbani. In *Seminario* Capella S. Ladislai R. Item in Arce Cathedralis Ecclesia ad S. Emeramum E. et M.

Dominus Terr. Exc. D. Episc. Nitr.

Administrat. Parochiam Conventus PP. Franciscan. Provin. S. Mariae.

<i>In Matre:</i>	<i>Cath.</i>	<i>AC.</i>	<i>HC.</i>	<i>Jud.</i>
	1549	1	8	109

Filialibus:

Tormos, Eccl. ad S. Martin.

E. C.	560	—	—	—
-------	-----	---	---	---

